



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LXXVIII. De causa peccati, quæ est ex parte voluntatis, quæ
dicitur malitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

habet aliquam causam venia; qua diminuit peccatum: & sic peccatum ex infirmitate, vel ignorantia dicitur veniale. Alio modo ex eventu, sicut omne peccatum per penitentiam fit veniale, i. veniam consequitur. Tertio modo dicitur veniale ex genere, sicut verbum otiosum, & hoc solum veniale opponitur mortali: obiectio autem procedit de primo.

AD SECUNDVM dicendum, quod passio est causa peccati ex parte conversionis. Quod autem sit mortale, est ex parte aversionis, quod per accidens sequitur ad conversionem, ut dictum est: unde ratio non sequitur.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio non semper in suo actu totaliter a passione impeditur, unde remanet ei liberum arbitrium, ut possit averti, vel converteri ad Deum: si autem totaliter tolleretur usus rationis, iam non esset peccatum nec mortale, nec veniale.

Super Quaest. 78. Articulum primum.

QVAESTIO LXXVIII.

De causa peccati, qua est malitia, in quatuor articulos divisa.

IN articulo primo. Quisio. 78. adhaere, quod licet omne peccatum humanum reducatur in haec tria principia, ignorantiam, passionem, & malitiam: in omni tamen peccato inveniunt mala voluntas, & ignorantia. Et de ignorantia quidem in responsione ad primum, habes ultimam resolutionem, & semper aliqua trium ignorantiarum actualium, siue sit ignorantia prius, siue contrarie intervenit. Et quoniam privatio per habitum cognoscitur, distingue pro Novitius triplicem scientiam actualem particularis prosequendi, vel fugiendi. Primam, qua scitur hoc esse malum: secundam, qua scitur hoc nunc esse malum: tertiam, qua scitur hoc nunc malum relictum ad illud aliud esse sibi peius: & respice, quod peccans ex ignorantia, laborat ignorantia opposita primae scientiae: peccans ex passione, seu infirmitate laborat ignorantia opposita secundae scientiae: peccans vero ex malitia laborat ignorantia opposita tertiae scientiae. Et sic errant intellectus omnes, qui operantur malum. De malitia autem voluntatis in responsione ad tertium singulariter specificatur, quando quis peccat ex certa malitia, quod oportet ipsam peccare ex ipsa electione mali, id est, non ex ignorantia, nec ex infirmitate, sed ex ipsa voluntaria electione mali, scienter

DEINDE considerandum est de causa peccati, quae est ex parte voluntatis, quae dicitur malitia.

ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

Primum, utrum aliquis possit ex certa malitia, seu industria peccare.

Secundo, utrum quicumque peccat ex habitu, peccet ex certa malitia.

Tertio, utrum quicumque peccat ex certa malitia, peccet ex habitu.

Quarto, utrum ille qui peccat ex certa malitia, gravius peccet, quam ille qui peccat ex passione.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum aliquis peccet ex certa malitia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod nullus peccet ex industria, siue ex certa malitia. Ignorantia enim opponitur industriae, seu certae malitiae: sed omnis malus est ignorans, secundum Philosophum & Prouerbia 14. dicitur. Errant qui operantur malum, ergo nullus peccat ex certa malitia.

Primum Dionysius dicit 4. ca. de divinis nominibus, quod nullus intendens ad malum operatur: sed hoc videtur esse peccare ex malitia, intendere malum in peccando, quod enim est praeter intentionem, est quasi per accidens, & non denotat actum, ergo nullus ex malitia peccat.

Primum Praeterea. Malitia ipsa peccatum est, si igitur malitia sit causa peccati, sequetur quod peccatum sit causa peccati in infinitum, quod est inconueniens, nullus igitur ex malitia peccat.

SED CONTRA est, quod dicitur

tur Job 34. Quasi de industria recesserunt a Deo, & vias eius intelligere noluerunt: sed recedere a Deo est peccare, ergo aliqui peccant ex industria, seu ex certa malitia.

RESPON. Dicendum, quod homo, sicut & quaelibet alia res, naturaliter habet appetitum boni: unde quod ad malum eius appetitus declinet, contingit ex aliqua corruptione, seu inordinatione in aliquo principiorum hominis: sic enim in actionibus rerum naturalium peccatum inuenitur.

Principia autem humanorum actuum sunt intellectus, & appetitus tam rationalis, qui dicitur voluntas, quam sensitivus. Peccatum igitur in humanis actibus contingit quicumque: sicut ex defectu intellectus, puta, cum aliquis per ignorantiam peccat: & ex defectu appetitus sensitivus, sicut cum aliquis ex passione peccat, ita etiam ex defectu voluntatis, qui est inordinatio ipsius. Est autem voluntas inordinata, quoniam minus bonum magis amat, consequens autem est, ut aliquis eligat pati detrimentum in bono minus amato ad hoc, quod potatur bono magis amato: sicut cum homo vult pati abscissionem membri etiam scienter, ut conseruet vitam, quam magis amat. Ita per hunc modum, quoniam aliqua inordinata voluntas aliquod bonum temporale plus amat, pura, diuitias, vel voluptatem, quam ordinem rationis, uel legis diuinae, uel charitatem Dei, uel aliquid huiusmodi, sequitur quod velit dispendium pati in aliquo spiritualium bonorum, ut potatur aliquo temporali bono. Nihil autem est aliud malum, quam priuatio alicuius boni: & secundum hoc aliquis scienter vult aliquod malum spirituale, quod est malum simpliciter, per quod bonum spirituale priuatur, ut bono temporali potatur. Unde dicitur ex certa malitia, vel industria peccare, quasi scienter malum eligens.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ignorantia quandoque quidem excludit scientiam, qua aliquis simpliciter scit hoc esse malum quod agitur, & tunc dicitur ex ignorantia peccare: quandoque autem excludit scientiam, qua homo scit hoc nunc esse malum, sicut cum ex passione peccatur: quandoque autem excludit scientiam, qua aliquis scit hoc malum non sustinendum esse propter consecutionem illius boni, scit tamen simpliciter hoc esse malum: & sic dicitur ignorare, qui ex certa malitia peccat.

AD SECUNDVM dicendum, quod malum non potest esse secundum se intentum ab aliquo: potest tamen esse intentum ad uitandum aliud malum, uel ad consequendum aliud bonum, ut dictum est. & in tali casu aliquis eligeret consequi bonum per se intentum abque hoc, quod pateretur detrimentum alterius boni: sicut aliquis lasciuus uellet frui delectatione absque offensa Dei: sed duobus propositis magis uult peccare, quod incurrere offensam Dei, quam delectationem priuare.

AD TERTIVM dicendum, quod malitia, ex qua aliquis de peccare, potest intelligi malitia habitualis, secundum quod habitus malus a Philosopho nominatur malitia, sicut habitus bonus nominatur uirtus: & secundum hoc aliquis dicitur ex malitia peccare, quia peccat ex inclinatione habitus. Potest etiam intelligi malitia actualis siue ipsa mali electio malitia noietur: & sic dicitur

Prima Secunda S. Tho. Y 4 ali-

preponendo bonum sibi conuersum bono conuerso illius praesentis boni absentiae. Praeposit enim malitiose iniustus bonum lucri iunctum malo iniustitiae bono iustitiae iuncto absentiae lucri: ita quod electio mali non ex ignorantia, aut passione est malitia, qua peccatur ex industria: electio autem quomodolibet mala communis est omni peccato perfecto, ut clare habes inferius art. 4. in responsione ad ultimum.

In corp, etc.

D. 1200.

In corp, etc.

D. 382. Lib. 3. c. 1. co. 5.

aliquis dicitur ex malitia peccare in quantum ex mali electione peccat. siue etiam malitia dicatur aliqua peccata dicens culpa, ex qua oritur subsequens culpa, sicut cum aliquis impugnat fraternam gratiam ex inuidia: & tunc idem non est causa superioris, sed actus interior est causa actus exterioris, & unum peccatum est causa alterius, non tamen in infinitum: quia est deuenire ad aliquod primum peccatum, quod non caufatur ex aliquo priori peccato, ut * ex supradictis patet.

477. art. 4.

¶ Super Questionis septuagesime octauae, Articulus secundum.

ARTICVLVS II.

Utrum quicumque peccat ex habitu, peccet ex certa malitia.

In art. 2. eiusdem q. 78. aduer. e diligenter, quod quia peccatum ex certa malitia, & ex passione non specie, sed gradu perfectionis & imperfectio- nis differunt, prouenit quod in eadem specie, qui prius adulterium ex passione commisit, postmodum habitatus ex certa malitia adhaerens: & quod prius a parte inferiori puniatur priuabitur postmodum transiens actuali iudicio, quod hic actus delectabilis nunc est malus postmodum a superiori inchoas ipse, scilicet electione non turbatus, sed conaturalitate pronus ad tale delectabile solo actuali iudicio uere comparationis huius boni delectabilis ad bonum rationis charitatis prius uerum fess. unde tales habitati uerum aiunt, dicentes se cognoscere quod male faciunt, & quod uolunt nihilominus facere. scilicet n. actualiter hoc esse nunc malum, quod in ipsa passione positi, dicentes se scire, mentiuntur: quia uis etiam habitati, ut dictum est, laborat uel non uolunt ignorantia actualis rectoris iudicij practici comparationis prosequendae, uel fugiendae.

Infr. art. 3. & Ro. 1. le 2. 3.

6. 1. & 2. 1. 5.

Cap. 4. declinando ad fi. 10. 5.

Cap. 1. 10. 5.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod non omnis qui peccat ex habitu, peccet ex certa malitia. Peccatum enim quod est ex certa malitia, uidetur esse grauissimum: sed quandoque homo aliquod leue peccatum committit ex habitu, sicut cum dicit uerbum otiosum. non ergo omne peccatum quod est ex habitu, est ex certa malitia.

¶ 2. Præ. Actus ex habitu procedentes sunt similes actibus, ex quibus habitus generatur, ut dicitur in 2. * Ethic. sed actus præcedentes habitum uiciosum non sunt ex certa malitia. ergo et peccata quae sunt ex habitu, non sunt ex certa malitia.

¶ 3. Præ. In his quae aliquis ex certa malitia committit, gaudet postquam commisit, secundum illud Prouerb. 2. Qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. & hoc ideo, quia uincunt; est delectabile cum consequitur id quod intendit, & qui operatur quod est ei quodammodo connaturale secundum habitum: sed illi qui peccant ex habitu, post peccatum commissum dolent, poenitudine enim replentur prauis, id est, habentes habitum uiciosum, ut dicitur in 9. * Ethic. ergo peccata quae sunt ex habitu, non sunt ex certa malitia.

SED CONTRA. Peccatum ex certa malitia dicitur esse, quod est ex electione mali: sed unicui-

que est eligibile id, ad quod inclinatur per proprium habitum, ut dicitur in 6. * Ethic. de habitu uirtuoso. ergo peccatum quod est ex habitu, est ex certa malitia.

RESPON. Dicendum, quod non est idem peccare habentem habitum, & peccare ex habitu. Vt enim habitu non est necessarium, sed subiacet uoluntati habentis. unde & habitus diffinitur esse, quo quis utitur cum uoluerit: & ideo sicut potest contingere, quod aliquis habens habitum uiciosum prorumpat in actum uirtutis, eo quod ratio non totaliter corrumpitur per malum habitum, sed aliquid eius integrum manet, ex quo prouenit quod peccator aliqua operatur de genere bonorum: ita etiam potest contingere, quod aliquis habens habitum uiciosum, interdum non ex ha-

bitu operetur, sed ex passione insurgente, uel etiam ex ignorantia. Sed quicumque utitur habitu uicioso, necesse est quod ex certa malitia peccet: quia unicuique habenti habitum, est per se diligibile id quod est ei conueniens secundum proprium habitum: quia sic fit quodammodo connaturale, secundum quod consuetudo & habitus uertitur in naturam. Hoc autem quod est ei cui conueniens secundum habitum uiciosum, est id quod excludit bonum spirituale: ex quo sequitur, quod homo eligat malum spirituale, ut adipiscatur bonum, quod est ei secundum habitum conueniens. & hoc est ex certa malitia peccare. Unde manifestum est, quod quicumque peccat ex habitu, peccet ex certa malitia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod peccata uentura non excludit bonum spirituale, quod est gratia Dei uel charitas. unde non dicuntur mala simpliciter, sed secundum quod: & propter hoc nec habitus ipsorum possunt dici simpliciter mali, sed solum secundum quod.

AD SECUNDUM dicendum, quod actus qui procedunt ex habitibus, sunt similes secundum speciem actibus, ex quibus habitus generantur: differunt tamen ab eis sicut perfectum ab imperfecto, & talis est effectus peccati quod committitur ex certa malitia ad peccatum quod committitur ex aliqua passione.

AD TERTIUM dicendum, quod ille qui peccat ex habitu, semper gaudet de hoc, quod ex habitu operatur, quam diu habitu utitur: sed quia peccatum non uti, sed per rationem, quae non est totaliter corrupta, aliquid aliud meditari, potest cogitare quod non utens habitu, doleat de hoc quod per habitum commisit, & seruuque tamen talis poenitentia de peccato, non quia eis peccatum secundum se displiceat, sed propter aliquod incommodum quod ex peccato incurritur.

ARTICVLVS III.

¶ Super Questionis septuagesime octauae, Articulus tertium.

Utrum ille, qui peccat ex certa malitia, peccet ex habitu.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quod quicumque peccat ex certa malitia, peccet ex habitu. Dicitur enim * Philof. in 5. Ethic. quod non est cuiuslibet iniusta facere, qualiter iniustus facit, scilicet ex electione, sed solum habentis habitum: sed peccare ex certa malitia est peccare ex electione mali, ut dictum est. ergo peccare ex certa malitia, non est nisi habentis habitum.

¶ 2. Præ. * Origenes dicit in 1. Periarchon, quod non ad subito quis euacuatur, aut deficit, sed paulatim per partes defluere necesse est: sed maximus defluxus esse uidetur, ut aliquis ex certa malitia peccet. ergo non statim a principio, sed per multam consuetudinem, ex qua habitus generari potest, aliquis ad hoc deuenit, ut ex certa malitia peccet.

¶ 3. Præ. Quicumque aliquis ex certa malitia peccat, oportet quod ipsa uoluntas de se inclinatur ad malum quod eligi: sed ex natura potentiae non inclinatur homo ad ma-

In art. 1. eiusdem q. 78. aduer. e diligenter, quod quia peccatum ex certa malitia, & ex passione non specie, sed gradu perfectionis & imperfectio- nis differunt, prouenit quod in eadem specie, qui prius adulterium ex passione commisit, postmodum habitatus ex certa malitia adhaerens: & quod prius a parte inferiori puniatur priuabitur postmodum transiens actuali iudicio, quod hic actus delectabilis nunc est malus postmodum a superiori inchoas ipse, scilicet electione non turbatus, sed conaturalitate pronus ad tale delectabile solo actuali iudicio uere comparationis huius boni delectabilis ad bonum rationis charitatis prius uerum fess. unde tales habitati uerum aiunt, dicentes se cognoscere quod male faciunt, & quod uolunt nihilominus facere. scilicet n. actualiter hoc esse nunc malum, quod in ipsa passione positi, dicentes se scire, mentiuntur: quia uis etiam habitati, ut dictum est, laborat uel non uolunt ignorantia actualis rectoris iudicij practici comparationis prosequendae, uel fugiendae.

modum in licita potestatem, quo voluntas ex seipsa mouetur in malum?

Ad hoc dicitur, quod quia inter appetitum animale et naturalem hec est differentia, quod naturalis est primo patris, animalis vero est primo totius, appetit enim oculi ad videndum est primo oculi, uoluntas autem irascibilis, & concupiscibilis sunt primo totius, ideo appetitus naturalis non uariatur nisi secundum dispositionem illius patris, qualitercumque enim homo sit dispositus, modo non redundet in oculum, eodem modo se habebit appetitus autem animalis non solum secundum propriam dispositionem uariatur, sed secundum totius, seu suppositi dispositionem, nam non solum aliter se habet uoluntas dispositio, uel habitus in se ipsa affecta, & non affecta, sed etiam aliter se habet uoluntas hominis affecti aliqua dispositione, uel habitu. Et inde prouenit, quod homo tam secundum appetitum sensitiuum habitumque aliquid uolens, quam secundum corporalem completionem inclinatus in aliquod delectabile. Et contrarium recte rationi, aliter se habet secundum uoluntatem, quam non sit habitus, aut inclinatus. Quia enim qualis uoluntatisque est, talia ei constant, & naturale est uoluntati ferri in consonans ipsi uolenti, ideo etiam si uoluntas ipsa secundum se non sit aliter disposita, quia tamen secundum alium suppositum est aliter disposita, uel plusquam habitu, naturali scilicet: agitudine, dicitur ex seipsa moueri in malum, utroque, namque modo, scilicet ex propria dispositione, & ex dispositione suppositi, recte dicitur ex seipsa uoluntas moueri: quoniam uoluntas non solum ipsa, sed suppositum inuoluntati in ratione mouens est, quamuis differenter: quia primum conuenit ei ut conuenit cum appetitu naturali: secundum autem ut est ap-

lum sed magis ad bonum, ergo oportet si eligat malum, quod hoc sit ex aliquo superuenienti, quod est passio uel habitus: sed quando aliquid peccat ex passione, non peccat ex certa malitia, sed ex infirmitate, ut dicitur in est, ergo quicumque aliquid peccat ex certa malitia, oportet quod peccet ex habitu.

SED CONTRA. Sicut se habet habitus bonus ad electionem boni, ita habitus malus ad electionem mali: sed quicumque aliquid non habens habitum uirtutis, eligit id quod est bonum secundum uirtutem, ergo etiam quandoque aliquid non habens habitum uitiosum, potest eligere malum, quod est ex certa malitia peccare.

RESPON. Dicendum, quod uoluntas aliter se habet ad bonum, & aliter ad malum. Ex natura enim sue potentia inclinatur ad bonum rationis, sicut ad proprium obiectum: unde & omne peccatum dicitur esse contra naturam. Quod ergo in aliquo malum uoluntas eligendo inclinatur, oportet quod aliunde contingat. Et quandoque quidem contingit ex defectu rationis, sicut cum aliquis ex ignorantia peccat. Quandoque autem ex impulsu appetitus sensitui, sicut cum peccat ex passione: sed neutrum horum est ex certa malitia peccare, sed tunc solum ex certa malitia aliquid peccat, quoniam ipsa uoluntas ex seipsa mouetur ad malum, quod potest contingere dupliciter. Uno quidem modo per hoc, quod homo habet aliquam dispositionem corruptam inclinante ad malum, ita quod secundum illam dispositionem fit homini quasi conueniens & simile aliquod malum. & in hoc, ratione conuenientie reddit uoluntas quasi in bonum: quia unumquodque secundum se tendit in id, quod sibi est conueniens. Talis autem dispositio corrupta, uel est aliquid habitus acquisitus ex consuetudine, quae uertitur in naturam: uel est aliqua uegritudinalis habitudo ex parte corporis, sicut aliquis habens quosdam naturales inclinationes ad aliqua peccata propter corruptionem naturam in ipso. Alio modo contingit, quod uoluntas per se tendit in aliquod malum per remotionem alicuius prohibentis, puta, si aliquid prohibeat peccare, non quia peccatum ei secundum se displiceat, sed propter spem uitae aeternae, uel propter timorem gehennae, uel timore per presumptionem, sequi

tur quod ex certa malitia quasi absque sermo peccet. Sicigitur patet, quod peccatum quod est ex certa malitia, semper praesupponit in homine aliquam inordinationem, quae tamen non semper est habitus: unde non est necessarium, quod quicumque peccat ex certa malitia, peccet ex habitu.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod operari qualiter iniustus operatur, non solum est operari iniuste ex certa malitia, sed et delectabiliter, & sine graui renu uoluntatis, quod non est nisi eius quod habet habitum.

AD SECUNDUM dicendum, quod non statim ad hoc aliquid labitur, quod ex certa malitia peccet: sed praesupponit aliquid, quod tamen non semper est habitus, ut dicitur est.

AD TERTIUM dicendum, quod illud propter quod uoluntas inclinatur ad malum, non semper habitus est, uel passio, sed quiddam aliud, ut dicitur est.

AD QUARTUM dicendum, quod non est similis ratio de electione boni, & de electione mali: quia malum nunquam est sine bono natura, sed bonum potest esse sine malo culpa perfecta.

ARTICULVS IIII.

Utrum ille qui peccat ex certa malitia, grauius peccet quam qui ex passione.

AD QUARTUM sic proceditur. VI. quod ille qui peccat ex certa malitia, non peccat grauius, quam ille qui peccat ex passione. Ignorantia, uel excusat peccatum uel in toto, uel in parte: sed maior est ignorantia in eo qui peccat ex certa malitia, quam in eo qui peccat ex passione. Nam ille qui peccat ex certa malitia, patitur ignorantiam principij, quae est maxima, ut Phil. dicit in 7. Eth. habet enim malam existimationem de fine, qui est principium in operatiuis, ergo magis excusatur a peccato, qui peccat ex certa malitia, quam ille qui peccat ex passione. Quod 2. Prax. Quanto aliquid habet maius impellens ad peccatum, tanto minus peccat, sicut patet de eo qui maiori impetu passionis deijcitur in peccatum: sed ille qui peccat ex certa malitia, impellitur ab habitu, cuius est fortior impulsio, quam passionis, ergo ille qui peccat ex habitu, minus peccat, quam ille qui peccat ex passione. Quod 3. Prax. Peccare ex certa malitia, est peccare ex electione mali: sed ille qui peccat ex passione, et eligat malum, ergo non minus peccat, quam ille qui peccat ex certa malitia.

peccatus animalis, praesertim intellectualis, unde ly, ex ipsa, non distinguitur contra suppositum, sed contra alias partes ut sic, quae sunt principia humanorum actuum, intellectum scilicet, & appetitum sensitiuum. Et si non intelligis in electiones has corporales, uide superius in quest. 32. art. 7.

Super Quaest. 78. Articulum quartum.

In artic. 4. in response ad primum occurrit dubium, quoniam uideatur contrariari supradictis in primo articulo huiusmet questionis. Dicitur namque fuit, quod maior est ignorantia peccantis ex passione, quam ex malitia: quia ille ignorat hoc nunc esse malum, iste uero scit hoc nunc esse malum, quamuis ignoret hoc nunc esse peius sibi. modo autem dicitur, quod maior est ignorantia peccantis ex malitia.

Ad hoc dicitur tripliciter, quod ignorantia potest referri ad duo, scilicet ad ipsum peccatum, uel ad rationem peccandi. Si referatur ad ipsum peccatum, sic maior est ignorantia peccantis ex passione: quia ignorat hunc actum, nunc esse malum, quod non later peccantem ex malitia. Si uero referatur ad rationem peccandi, sic ignorantia peccantis ex malitia est maior: quia ex affectu nimio ad minus bonum errat circa finem proponendum, quod est ratio peccandi. Ex hoc namque, quod affectus quis est plus ad lucrum, quam ad bonum iustum, ut dicitur bonum lucri magis sectandum. Et inde prouenit, quod sciens eligi priuari iustitiam, ut lucretur, scit ergo iste lucrum esse nunc iniustum, quod ex passione peccans ignorat: sed ex nimio amore lucri ne scit postponendum esse bono iustitiae, quod est magis ignorare, quo ad rationem peccandi, quia in passione existens non ex ipso amore unius boni, sed

In corp. art.

In corp. art.

Sup. q. 47. ar. 2. cor. & 28. q. 73. ar. 1. cor. & 2. di. 7. q. 1. ar. 2. cor. 6. & mal. q. 3. ar. 13. & quel. 2. ar. 15. cor.

Ca. 8. a med. co. 5.

sed ex impulsu passio- nis perturbantis indi- cium nunc respectu huius peccat. Et ex hoc sequitur secunda responsio, scilicet, qd ignorantia peccantis ex malitia est maior formaliter: quia formaliter ignoratur tā conclusio, quam prin- cipium, ut etiā ex 7. Eth. habetur, quod in peccante ex passione non accidit, ut patet. Ignorantia autē pec- cantis ex passione est maior quasi virtualiter, seu concomitan- ter, pro quanto est re- spectu prioris obie- cti. Pr^o enim est hoc malum nunc, quān- hoc malum nūc esse peius altero: ac p hoc ignorans formaliter hoc nunc esse mali, ex consequenti nescit hoc nunc esse peius, & non eōāterio. Ter- tio potest dici, quōd ignorantia peccantis ex malitia est maior: quia per modum ha- bitus. Ignorantia au- tem peccantis ex pas- sione est per modum interruptionis. Malus enim circa finem ma- lum in affectu, & in ratione est dispositus: passione vero ductus male se habet circa fi- nem, dum passio tan- tum intercipit, ut in corpore articuli dī.

SED CONTRA est, qd pecca- tum quod ex industria commit- titur, ex hoc ipso grauiorē pœ- nam meretur, secundū illud Iob 34. Quasi impios percussit eos in loco videntium, qui quasi de industria recesserunt ab eo: sed pœna non augetur nisi propter grauitatem culpæ. ergo pecca- tum ex hoc aggrauatur, quōd est ex industria seu certa malitia.

RESPON. Dicendū, qd pecca- tum quod est ex certa malitia, est grauius peccatū quod est ex passione, triplici ratione. Primo quidem, quia cum peccatum principaliter in voluntate consti- tat, quanto motus peccati est magis proprius voluntati, tan- to peccatum est grauius, ceteris paribus. cū autem ex certa ma- litia peccatur, motus peccati est magis proprius voluntati, quæ ex se ipsa malum mouetur, quā quando ex passione peccatur, quasi ex quodā extrinseco im- pulsa ad peccandum. vnde pec- catum ex hoc ipso quod est ex malitia, aggrauatur: & tanto ma- gis, quanto fuerit uehementior malitia. ex eo vero quōd est ex passione, diminuitur tanto ma- gis, quanto passio fuerit magis uehemens. Secundo, quia pas- sio quæ inclinatur voluntatem ad peccandum, cito transit: & sic homo cito redit ad bonū pro- positum penitens de peccato:

sed habitus quo homo ex malitia peccat, est qua- litas permanens: & ideo qui ex malitia peccat, diu- turnius peccat. unde Philosophus in 7. Ethic. com- parat intemperatum qui peccat ex malitia, in firmo qui continue laborat: incontinentem autem qui peccat ex passione, ei qui laborat interpolate. Ter- tio, quia ille qui peccat ex certa malitia, est male di- spositus quantum ad ipsum finem, qui est principiu in operabilibus, & sic eius defectus est periculo- sior, quān eius qui ex passione peccat, cuius propo- situm tendit in bonum finem, licet hoc propositū interrumpatur ad horam propter passionem. Sem- per autem defectus principij est pessimus: unde ma- nifestum est, qd grauius est peccatum quod est ex malitia, quān quod est ex passione.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd ignorantia ele- ctionis, de qua obiectio procedit, neq; excusat, neq; diminuit peccatum, ut sup. dictum est: unde neque maior ignorantia talis facit esse minus peccatum.

AD SECYNDVM dicendum, qd impulsio quæ est ex passione, est quasi ex exteriori defectu respectu uo- luntatis: sed per habitum inclinatur voluntas quasi ab interiori: unde non est similis ratio.

AD TERTIVM dicendum, qd aliud est peccare eli- gentem, & aliud peccare ex electione. Ille enim qui peccat ex passione, peccat quidem eligens, non ta- men ex electione: quia electio non est in eo primū peccati principium, sed inducitur ex passione ad eli- gendum id, quod extra passionem existens non eli-

geret: sed ille qui peccat ex cer- ta malitia, secundum se eligit ma- lum eo modo quo* dictum est. & ideo electio, quæ est in ipso, est principium peccati, & ppter hoc dicitur ex electione peccare.

QVAESTIO LXXIX.

De causis exterioribus peccati, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causis exteriori- bus peccati. Et primo ex parte Dei. Secundo ex parte diaboli. Tertio, ex parte hois.

CIRCA primum quaruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Deus sit causa peccati.

¶ Secundo, Vtrum actus pecca- ti sit a Deo.

¶ Tertio, Vtrum Deus sit causa exaccationis & obdurationsis.

¶ Quarto, Vtrum hæc ordinen- tur ad salutem eorum qui exca- cantur, vel obdurantur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deus sit causa peccati.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod Deus sit cau- sa peccati. Dicit enim Apostol. Rom. j. de quibusdam. Tradidit eos Deus in reprobum sensum, ut faciāt ea quæ nō cōueniunt.

Er* gl. ibidem dicit, quōd Deus operatur in cordibus hominū, inclinando volūtates eorum in quodcūq; voluerit, siue in bonum, siue in malum: sed facere quæ non conueniunt, & inclina- ri secundum voluntatem ad ma- lum, est peccatum. ergo Deus hominibus est causa peccati.

¶ 2 Præ. Sap. 14. dicitur, Creatu- ræ Dei in odium factæ sunt, & in tentationē animæ hominum: sed tentatio solet dici prouoca- tio ad peccandum. Cum ergo creature nō sit factæ nisi a Deo, ut in primo* habitus est, vī qd Deus sit causa peccati prouo- cans hominem ad peccandum.

¶ 3 Præ. Quicquid est cā causæ, est causā effectus: sed Deus est causā li. arb. quod est causā pec- cati. ergo De^o est causā peccati.

¶ 4 Præ. Omne malum opponi- tur bono: sed nō repugnat diui- næ bonitati, quod ipse sit cā ma- li pœnæ. de isto enim malo dicit Iſa. 45. quōd Deus est creās ma- lum. Et Amos 3. Si est malū in ciuitate, qd De^o nō fecerit. ergo

Super Quidam
Sopractima
Articulos primus
& secundus

Articulo primo
& secundo quod
septuagesima
ardum oculi
hijum in doctrina
cipue auctoris
modo patet hoc
mul stare, quod
peccati sit a Deo
dei et sic conueni
nullo mō sit a De
f. d. a causa creatu
la. Et quān vis ma
aferantur in 3. d.
a. tenet in Capitu
ex Aur. & Duran
obiectiones, dire
men solummodo
ferenda sunt, qu
discutis, omnia
to, propria clara
Prima est ex pan
bitudinis entitas
siuæ actus ad de
mitatem peccati
cunda ex parte h
tudinis entitas pa
tiuæ actus ad cau
effectum. Et per
igitur vis est ali
ficultas, Defectus
peccati est primum
trariæ reſtitudin
siuæ specie, mo
viri inherencia
subtrahit, ergo
fario calatura
stante illam post
speciem moralit
in subtrahit ali
go causatur a De
ab ipso causatur
nis postquam ent
tus peccati. An
dens declaratur
mendo qd in pec
funtis, actus pe
cies moralitatis
formitas, q. In
peratū sunt, ut
interior vel ext
entitas postquam
fita in specie in
ranæ afficiat
& deformitas pa
tiua, & cum cele
entitas intemp
tæ est contrari
tati temperant
frigus calori, &
ad unum contrari
positum in aliq
cessario sequitur
uatio alterius con
rij in eodē, ut
suum frigus in
sequitur priuati
loris in eadē, ut
hoc ad oppositū
tatem temperant
in actū, sequitur
uatio temperant
eodem. Et quā
hac priuatione
fistit deformitas
cui intemperant
quia consistit in
uatione reſtitud
debitū esse. h
ceci. ad

Ex. 8. v. 5.

Q. 76. ar. 4.